



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

47. Vt Nvllvs Feram Arcv vel balista percutiat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

cambiare sua, frater cum fratre, sine licentia Magistri; & aliquid querere, nisi frater fratri, & sit res parua, vilis, non magna.

V T N V L L V S A V E M C V M A V E 46.
*capiat, nec cum capiente in-
 cedat.*

Quod nullus auem cum aue accipere audiat, nos communiter iudicamus: non convenit enim religioni, sic cum mundanis delegationibus inhærere, sed Domini præcepta libenter audire, orationibus frequenter incumbere, mala sua cum lacrymis vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri. Cum homine quidem talia operante, cum accipitre, vel alia aue, nullus frater remanens hac principali causa ire præsumat.

V T N V L L V S F E R A M A R C V 47.
vel balista percutiat.

Cum omni religione ire deceat, simpliciter; & sine risu, humiliter; & non multa verba, sed rationabilia loqui, & non sic clamosa in voce: specialiter iniungimus & præcipimus omni fratri professo, ne in bosco cum arcu aut balista iaculari audeat, nec cum illo, qui hoc fecerit, ideo perget, nisi gratia eum custodiendi à perfido gentili: nec cum cane sit ausus clamare vel garrulare; nec equum suum cupiditate accipiendi feram pungat.